BIBLIA LATINA (TEILBIBEL)
Österreich, Anfang 13. Jh.
Seite 50v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



cor tuum. Da suauitatem et memoriam similaginis. et in pingua oblationem et da
locum medico. et enim illum dominus creauit et non discedat a te. quoniam opera eius sunt ne
cessaria. Est enim tempus quando in manus illorum incurras. Ipsi uero dominum de
precabuntur ut dirigat requiem eorum et sanitatem tuam propter conuersationem illorum.
Qui delinquit in conspectu eius qui fecit eum. incidet in manus medici. De
Fili in mortuum produc lacrimas. et quasi dira passus Exsequiis.
Incipe plorare. et secundum iudicium contege corpus illius. et non despicias
sepulturam eius. propter delaturam autem amare fer luctum illius una die. et con
solare propter tristiciam eius. et fac luctum secundum meritum eius uno die uel diebus
propter detractionem. A tristicia enim festinat mors. et cooperiet uirtutem.
et tristicia cordis flectit ceruicem. In abductione permanet tristicia. et
substantia inopis secundum cor eius. Non dederis in tristiciam cor tuum. sed
repelle eam a te. et memento nouissimorum tuorum. Noli obliuisci. neque enim
est conuersio. et huic nichil proderis. et teipsum pessimabis. Memor
esto iudicii mei. sic enim erit et tuum. mihi heri et tibi hodie. In requie
mortui requiescere fac memoriam eius. et consolare illum in exitu spiritus
sui. Sapientiam scribe in tempore uacuitatis. et qui minoratur actu sapi
entiam percipiet. quia sapientia replebitur. Qui tenet aratrum et qui gloriabitur in
iaculo stimulo boues agitat. et conuersatur in operibus eorum. et narratio eius
in filiis thaurorum. Cor suum dabit aduersandos sulcos. et uigilia eius
5 Sic omnis faber et De singulis Artificibus. in sagina uaccarum.
architectus. qui nocte tamquam die transiit. qui sculpit signacula
sculptilia et assiduitas eius uariat picturam. cor suum dabit in similitu
dinem picture et uigilia sua perficit opus. Sic faber ferrarius sedens iuxta
incudem et considerans opus ferri. uapor ignis uret carnes eius. et in ca
lore fornacis concertatur. uox mallei innouauit aurem eius. et contra simili
tudinem uasis oculus eius. cor suum dabit in consummationem operum. et uigi
lia sua ornabit in perfectionem. Sic figulus sedens ad opus suum et con